ganz von dem makel einer solchen autorschaft zu reinigen, so werde ich doch hoffentlich das erreichen, diesem buche neue und lebhafte studien zuzuwenden.

Greiffenberg. *Campe.*

Homer. Odyss. II, 55.

Εἰς ἡμετέρου G. F. I. K. Schol. Harl. ap. Cram. p. 428, 13' qui id ter scriptum habet, ut Porsonus testatur. *εἰς ἡμετέρον* v. E. — *εἰς ἡμετέρους* H. Item XVII, 534, ubi idem versus legitur, *εἰς ἡμετέρου* G. I. b. — Adiungendum est tertium exemplum VII v. 301, ubi, etsi codd. *ἐς ἡμέτερον* habeut, quod Eustathius p. 276, 44 legit et p. 277 interpretatus est, tamen Scholl. Palat. et Harl. *οὕτως ἡμετέρου· Ἀττικὸν δὲ τὸ σχῆμα, ὡς ἐς διδασκάλου.* Nec id Schol. Vulg. explicare non voluit (*ἐς ἡμέτερον· τουτέστιν εἰς τὸν ἡμέτερον οἶκον. Ἀττικὸς δὲ ὁ σχηματισμός*), nisi duae interpretationes apud eum confusae sunt, una Eustathii, altera, quam duo scholiastae illi commendant. Quam enim figuram Atticam dicit, nisi *εἰς ἡμετέρου* ante oculos habuit? Phavorin. Lex. p. 181, 18. In Hymn. in Merc. 370 *ἦλθεν ἐς ἡμετέρου* Chalcondylas et Aldus ediderunt, ubi Barnesius *ἐς ἡμέτερον* correxit, quod Ilgenio et Hermanno placuit, Matthiaeo non item. Herodot. I, 35 *ἔνθα ἀμηχανήσεις χρήματος οὐδενὸς, μένων ἐν ἡμετέρου* VII, 8, 4. *δώσω οἱ δῶρα, τὰ τιμώτατα νομίζεται εἶναι ἐν ἡμετέρου.* Itaque grammatici veteres — nam posteriores hanc rationem certe non invenissent —, cogitantes, *τὸ ἐμὸν, τὸ σὸν, τὸ ἡμέτερον* nonnunquam apud Graecos pro personalibus pronominibus usurpari, *εἰς ἡμετέρου* pro *εἰς ἡμῶν* pariter legi posse censuerunt, atque *εἰς Ἅιδου, εἰς διδασκάλου*, reliqua huius generis dicerentur. Bekker. Cens. ed. Wolf. uo 247 p. 160. Attamen ille usus non increbuisset apud Atticos, nisi articulum soliti esseut adiungere pronomini possessivo. Accedit similitudo locutionum *ἐπὶ σφέτερα* (I v. 274 XIV, 91), *ἐφ' ἡμέτερα νεῖσθαι* (XV, 88) *ἡμέτερόνδε ἔρχεσθαι* (XV, 513), *ἡμέτερόν δ' ἐλθόντες* (VIII, 39), quas imitari possumus, dicentes: er kehrt von einer langen reise zu dem seinigen zurück. Quare equidem scribo, quod D. E. a. b. reliquae editt. habent *εἰς ἡμέτερον*, donec idoneam auctoritatem norim alterius lectionis.

Sagan. *Kayser.*

Brought to you by | INSEAD
Authenticated
Download Date | 10/5/18 2:13 AM